

Cum decretis omnimode immunitatis eiusdemque personae molestia.

Sub solis clausulis Eugenii PP. & S. R. I. Card. subscriptiones.

Die die 11. Novembris anno Domini 1149. Pontificatus anno V.

AV. Cl. Felice Conterio transcripsit. adiecit Ugell. Ital. Sac. To. I. ubi de Militari ecclesia.

Exordium.

\* adde petitionibus, vel quid simile.

Monasterium Melitense a Rogerio Comite constructum.

Confirmatio formae Pontificum Diplomatibus sub praesentibus Sedis Apostolicae.

stro Verucula, Ecclesiam S. Michaelis de Saxo Albo, plebem de S. Crispiano, plebem de Venelia, plebem de Bagnione, plebem de Vico, plebem de Tarano, plebem S. Cassiani de Ver-teola, plebem de Vigniola cum omnibus capellis suis, quas iuste & canonicè possidetis. Decernimus vero, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temerè perturbare; aut eius possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur &c. Amen. Amen.

EGO EUGENIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Conradus Sabinus Episcopus. Otto Diaconus Cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum. Gregorius Diaconus Cardinalis sancti Angeli. Octavianus Diaconus Cardinalis sancti Nicolai in Carcere Tulliano. Joannes Diaconus Card. sanctæ Mariæ Novæ. Ubalduus Presbyter Cardinalis tit. SS. Jo: & Pauli. Guido Diaconus Card. Sancti Laurentii, & Damiani. Julius Presb. Card. S. Marcelli. Datum Pisis per manum Guidonis S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii, III. Idus Novem. Ind. XII. Incarn. Dom. anno MCXLIX. Pontificatus vero D. Eugenii Papæ III. an. V.

XXXIV.

Privilegium confirmationis bonorum omnium, & iurium ad Monasterium SS. Trinitatis, & Michaelis Archangeli de Mileto Militen. Diocesis pertinentium.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Roberto Abbati Militensis Monasterii, quod in honore S. Trinitatis, & B. Michaelis Archangeli edificatum est, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

CUM omnibus Ecclesiasticis personis debitoribus ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio existamus, illis tamen locis atque personis, quæ specialius ad Apostolicam Sedem spectare, atque ad Romani Pontificis ordinationem pertinere noscuntur, propensiori nos convenit charitatis studio imminere, & eorum iustis clementer annuere. Eapropter, dilecte in Domino fili, rationabilibus tuis postulationibus benignius impertientes assensum, praefatum Monasterium, quod ab illustri memorie Rugerio Comite a fundamentis est instructum, & per manum felicitis record. D. Urbani, praedecessoris nostri Papæ II. B. Petro, ejusque S. R. Ecclesiæ in jus perpetuum, & tutelam oblatum esse dignoscitur, ad exemplar praedecessorum nostrorum sa. me. Paschalis, & Innocentii Romanorum Pontificum sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes ut quascumque possessiones, quacumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iustè &

canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: In territorio Militensi villam sancti Gregorii, & ibidem Ecclesiam sancti Nicolai, Ecclesiam sancti Gregorii de Briatico, sancti Joannis de Reyachio, sanctæ Mariæ de Medina, sanctæ Mariæ & sancti Clementis de Arena, sanctæ Mariæ de Stilo, sancti Joannis & sancti Nicolai de Garentia: In Civitate Giratio tres Ecclesias, Monasterium sancti Nicodemi de Paterna, Ecclesiam sancti Nicolai de Falla cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ de Demontorium cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Petri juxta Bibonam, quam tenuit Romeus: Apud Castellum Vetus Ecclesiam sancti Nicolai de Caconit, Ecclesiam sancti Joannis & sanctæ Mariæ de Melicano: In Civitate Squellacio Ecclesiam sancti Martini, sancti Nicolai de Prato: In pertinentia Agnelli Ecclesiam S. Philippi, sanctæ Mariæ de Melicano, S. Laurentii, & S. Hippolyti: In territorio Alunantia Ecclesiam sancti Angeli de Stricto, S. Barbaræ, & S. Pessi: In territorio Fluminis frigidi Ecclesiam S. Nicolai de Turiano, & Ecclesiam S. Philippi apud montem Altum Ecclesiam S. Cassiani, S. Nicolai de Mave de Trabeca: juxta Maurum gurgitem Ecclesiam S. Georgii, & Nicolai de Regina: In Sicilia Ecclesiam S. Joannis, S. Georgii de Mohac, S. Joannis de Calatiniseth, S. Barbaræ de Calatebutor, S. Nicolai de Caca, S. Joannis de Roccha Maris, sanctorum Cosmæ & Damiani de Chetaludio cum pertinentiis suis, Ecclesiam sanctæ Anastasiæ de Grateriis, sanctum Innocentium de Mistreto, & S. Stephani, S. Basilii de Naso, S. Nicolai de Brutana, S. Angeli S. Georgii, S. Mariæ de Murra... & S. Pessi de Melasio, & partem oppidi quod Mestianum dicitur, quota a suprascripto Comite praefato Monasterio S. Trinitatis & S. Angeli oblata cognoscitur: Cujus anima Rogerii Comitis in pace requiescat. Porro sepulturam ejusdem Loci omnino liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic deliberaverint sepeliri, devotioni, & extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat. Missas autem seu stationes publicas in eodem Loco præter Abbatis, & fratrum voluntatem fieri prohibemus, ne in fervorem Dei recessibus popularibus occasio præbeatur ulla conventibus. Sanè laborum vestrorum quos propriis manibus, aut sumptibus colitis, nullus a vobis decimas præsumat exigere. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, ordinationes Monachorum vel Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quocumque malueritis catholico recipietis Episcopo. Adjuvamus etiam, nulli Episcoporum facultas sit, absque licentia Romani Pontificis Locum vestrum, vel Monachos seu Clericos inibi commorantes interdictioni vel excommunicationi subicere, aut aliquam potestatem vel molestiam exercere. Obeunte verò te nunc ejusdem Loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres cum omni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint, ab Apostolica

Addita confirmatione bonorum omnium ad ipsum pertinentium.

Vnicuique sepulturam ibi sibi eligendi conceditur facultas.

Missas vero, stationesque publicas celebrandi præter Abbatis consensum nemini.

Abbati vero quemlibet vocando Episcopum ad sacramenta administranda.

Ipsæ vero Abbates a solis Monachis eligentur, & a Summo Pontifice consecrandæ.

Se-

XXXV.

Ipsam vero Monasterium ab omni seculari potestate liberum declaratur.

Et ab omni cuiusque persona molestia, vi &c.

Reservato tantummodo anno censu Rom. Pontificibus persolvendo.

Solita confirmationes.

Eugenii PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Die die 24. Februarii anno Domini 1150. Pontificatus anno V.

dis Pontifice consecrandum. Hoc quoque presenti capitulo subjungimus, ut idem Monasterium, ejusque possessiones, & Monachi, ab omni seculari servitio sint infestatione secuti; omnique gravamine mundanae oppressionis remoti. In S. Religionis observantia seduli maneat, & quieti; nec ulli alii, nisi Romanæ & Apostolicæ Sedis, cuius juris sunt, aliqua teneantur occasione subiecti. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad indicium vero præceptæ hujus Romana Ecclesia libertatis unam auri unciam nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi presumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Ecclesiæ iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EUGENIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego Nicolaus Albanus Episcopus ss. Ego Ubalduus Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Praxedis ss. Ego Nicolaus Presbyter Cardinalis tituli sancti Ciriaci ss. Ego Jordanus Presbyter Cardinalis tit. S. Susanne subscripsi. Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subscripsi. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sancti Angeli subscripsi. Ego Astaldus Diaconus Cardinalis S. Eustachii subscripsi. Ego Joannes Diaconus Cardinalis sanctæ Mariæ subscripsi. Ego Joannes Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi subscripsi.

Datum Ferentini per manum Bononis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Scriptoris, VI. Kal. Martii, Indict. XIII. Incarnat. Dom. ann. MCL. Pontificatus vero Dom. Eugenii Papæ anno V.

Confirmatio bonorum omnium, donationum, & exemptionum Monasterii Tegernsensis, quod ordinario Episcopo subiectum in spiritualibus declaratur.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Conrado Abbati Monasterii beati Quirini juxta Lacum Tegernsæ, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Commisere nobis Apostolicæ Sedis nos hortatur auctoritas, ut locis & personis ipsius, auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis præsidium impendere debeamus; quia sicut injusta postcentibus nullus tribuendus est effectus, sic legitima & iusta desiderantium nulla est differenda petitio; præsertim eorum, qui cum honestate vitæ & laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Domino deservire. Ea propter dilecti, in Domino filii, vestris iustis postulationibus benignum impertientes assensum, praefatum Monasterium, quod utique a nobilibus viris Adalberto & Occario, germanis fratribus, illustribusque Comitibus, in suo fundo constructum est, & antiquis Romanorum Imperatorum privilegiis, Pipini videlicet, Caroli, & Ludovici, decoratum: in quo denique corpus beati Quirini a pio decessore nostro sanctæ recordationis Zacharia Romano Pontifice impetratum, requiescere perhibetur, sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quacumque bona idem Monasterium impresentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Præterea libertates sive immunitates, ab Episcopo vel Regibus, sive etiam Principibus vestro Monasterio rationabiliter concessas, & scripto firmatas, vobis nihilominus confirmamus; & ut nullus eas infringere, seu inbeneficere audeat, auctoritate Apostolica prohibemus. In parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, Sacerdotes idoneos eligatis, & Episcopo presententis: Quibus, si idonei fuerint, Episcopus cum Abbatis consensu curam animarum committat, ut eiusmodi Sacerdotes de plebis quidem cura Episcopo rationem reddant, vobis verò pro rebus temporalibus debitam subiectionem exhibeant. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Diocesano suscipietis Episcopo; si quidem Catholicus fuerit, & ea gratis & absque pravitate vobis voluerit exhibere: alioquin, liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire Antistitem, quinimum nostra sultus auctoritate, quod postulat, indulgeat. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nul-

Ex Hundi Mistor. Sa. liburg. Tom. II.

Exordium.

Monasterium ab Adalberto & Occario Bojaris Comitibus constructum, & imperialibus privilegiis munitum, sub Sedis Apostolicæ tutela.

Confirmatioque bonis omnibus a illud pertinentibus;

Exemptiones omnes eidem Regibus, ve Episc. concessæ reatæ habentur. Monachis Sacerdotibus Ecclesiis præficiendis Episcopo presententur conceditur.

Cui ipsi quoque in spiritualibus subiecti declarantur.

Abbas electionem per Monachos fieri decernitur.



XXXVI.

Privilegium Ecclesie Canonorum B. Mariae in Raitenbuech Frisingen. Diocesis sub regula S. Augustini regularem vitam profitentium.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Ottoni Praeposito Canonica B. Mariae, quae in loco Raitenbuch sita est, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris, canonicam vitam professis, in perpetuum. Amen.

Commisera nobis Apostolicae Sedis horretur auctoritas, ut locis & personis, ipsius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis praedium impendere debeamus; quia sicut injusta postulationibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima & iusta postulantium non est differenda petitio; praesertim eorum, qui cum honestate vitae & laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Domino deservire. Eapropter, dilecte in Domino filii Otto Praeposite, tuis iustis postulationibus debita benignitate gratum impertientes assensum, praefatam B. Mariae Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, praedecessoris nostri felicis memoriae Papae Urbani vestigiis inherentes, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus; & praesentis scripti privilegio communimus; Imprimis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui in eadem Ecclesia secundum Deum & beati Augustini Regulam noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrique successoribus & illibata permanent. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Praeposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeposatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, elegerint. Consecrationes Altarium sive Basilicarum, ordinationes Clericorum, Chrisma, Oleum sanctum, & cetera, ad Episcopale officium pertinentia, ab Episcopo, Frisingensi, in cuius Diocesi estis, accipietis; si tamen Catholicus est, & gratiam, atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, & ea gratis ac sine pravitate impendere voluerit; alioquin, liceat vobis, catholicum, quem volueritis, adire Antistitem, & ab eo consecrationum sacramenta suscipere, vel ad Sedem Apostolicam recurrere; qui sultus apostolica auctoritate sine ambiguitate postulata concedat. Prohibemus quoque, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, absque Praepositi sui licentia fas sit, e clauetro discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Porro decimas Novalium ejusdem Canonice ad eandem pertinere sanximus: salvo vicinarum jure Ecclesiarum. Advocatum praeterea sive Protectorem illustrem vestrum, Welfonem vobis concedimus, & ejus post eum filios, si ejusmodi Deo praestante fuerint, ut Ecclesiae vestrae utiles, & paternae institutionis existant, exc.

Eugenii PP. subscriptio & sigillum.



Subscriptio nes quoque Cardd. S. R. E.

- Ego Ubaldu Presbyter Cardinalis tit. sanctae Praxed. is.
Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tit. sanctae Sabinae is.
Ego Aribertus Presbyter Cardinalis tit. sanctae Anastasiae is.
Ego Jordanus Presbyter Cardinalis tit. sanctae Susannae is.
Ego Otto Diac. Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum is.
Ego Octavianus Diac. Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tull. is.
Ego Guido Diac. Cardin. S. Mariae in Porticu is.
Ego Joannes Diac. Cardinalis S. Sergii & Bacchi is.
Ego Rolandus Diac. Cardinalis SS. Cosmae & Damiani is.

Dat. die 26. Novemb. ann. Dom. 1150. Pontif. an. vi.

Datum Signae per manum Bosonis S. R. E. Scriptoris, XI. Kalen. Decembr. Indict. XIV. Incarnationis Dominice anno MCL. Pontificatus vero Domni Eugenii Papae III. anno VI.

Decretum in demanatis.

executores; sin autem, erit vestri arbitrii, quem volueritis eligere vestrae Ecclesie idoneum Protectorem, qui sine lucri secularis exactione id diving servitutis strenue ac reverenter exhibeat. Decernimus ergo, ut nullo omnino hominum liceat, praefatam Canonice temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuerè, vel temerarii vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptè hujus a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos ad nostrum nostrorumque successorum usum quotidianum Alban lineam & Stolum nobis nostrisque successoribus persolvitis. Si quis igitur in futurum, Archiepiscopus, Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, Judex, aut qualibet persona potens aut impotens, nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque suae dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. EGO EUGENIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus is.

Census annuus Rom. Pontif. persolvendus.

Conclusions.

Eugenii PP.

& S. R. E. Cardd. subscriptioes.

- Ego Ubaldu Presb. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Albanus Episcopus is.
Ego Octavianus Diaconus Card. S. Nicolai.
Ego Julius Presb. Card. S. Marcelli is.
Ego Rolandus Diac. Card. Sanctorum Cosmae & Damiani is.
Ego Jordanus Presb. Card. tit. Susannae.
Datum Ferentini, per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae Scriptoris, VI. Kalend. Decembris, Indictione XIV., Incarnationis Dominicae anno MCL. Pontificatus vero Domni Eugenii Papae III. anno VI.

Dat. die 26. Novemb. ann. Dom. 1150. Pontif. an. vi.

XXXVII.

Privilegium Monopolitanae Ecclesiae.

Bona Ecclesiae hujus confirmantur, multis illam donantes privilegiis, Callistus PP. II. anno 1123. Urbanus II. 1091. quae suis locis retulimus.

Edict. Ughel. lib. Sac. 2. 1.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilis Michaeli Monopolitano Episcopo, ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Exordium.

ET justitiae ratio exigit, & rationis ordo deposcit, ut Ecclesiis & personis, quae familiariter Apostolicae Sedi adherent, & ad Romani Pontificis ordinationem spectare noscuntur, propensiori studio providere curemus. Dignum namque, & honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas & a pravorum hominum nequitia tuca Bull. Rom. Tom. II.

mur, & B. Petri atque S. R. Ecclesiae patrocinio muniamus. Eapropter, dilecte in Domino frater Michael Episcopo, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, & praedecessorum nostrorum felicitis memoriae Urbani, Paschalis, Callisti, & Honorii, Romanorum Pontificum, vestigiis inherentes, Monopolitanam Ecclesiam, cui Deo auctore praesse dignosceris, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permanent. Statuimus quoque, ut eadem Ecclesia nulli alii, praeter Apostolicam Sedem, subjectionis reverentiam debeat. Te igitur tuosque successores, hujus libertatis gratia fruente, sub solius Apostolicae Sedis obedientia perpetuo manere decernimus. Obeunte vero te, nunc ejusdem Civitatis Episcopo, vel tuorum quolibet successorum, Clero Monopolitano facultas sit, semota omni pravitate, Antistitem canonicè eligendi; electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuerè, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate & reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove communita, nisi praesumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem Ecclesiae sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. EGO EUGENIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Monopolitanam Ecclesiam sub protectione Sedis Apolit. recipit.

Ejusque bona omnia confirmat.

Eam soli eidem Sed subjectionem declarans.

Episcopum a Clero eligi coarcedit.

Solita conclusiones.

Eugenii PP. & S. R. E. Cardd. subscriptioes.

- Ego Imatus Tusculanus Episc.
Ego G. G. Presb. Card. S. Callisti.
Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
Ego Julius Presb. Card. tit. S. Marcelli.
Ego Ubaldu Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem.
Datum Ferentini per manum Bosonis S. R. E. Scriptoris, XIV. Kal. Januarii, Ind. IV. Incarn. Dom. ann. MCL. Pontificatus vero Eugenii Papae III. ann. VI.

Dat. die 19. Decemb. ann. Dom. 1150. Pontif. an. vi.